



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 44. S. Ambrosii Admonitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. *sciunt autem, si quid turbarum contra*
A. C. 386. *hoc nostrum mandatum cieant, se morte*
puniendos, tanquam Seditiois Auctores,
Ecclesiasticæ pacis perturbatores, & Læsæ
Majestatis reos. Illi quoque supplicio ad-
dicentur, qui obreptitie, vel occulte huic
nostro mandato adversabuntur. Occul-
tus hujus legis Auctor erat Auxentius,
quem Ariani pro Episcopo Mediolanensi
habebant. Is, ex Scythia advena, vero
nomine Mercurinus dicebatur, sed notis
criminibus infamis, Auxentii nomen as-
sumpsit, ob primi Auxentii, S. Ambrosii
Prædecessoris, memoriam Arianis gratis-
simum.

Ambr. serm.
de Basilic.
 n. 22.

§. XLIV.

S. Ambrosii admonitio.

Id. ep. 21. ad
Valent. n. 1.
 n. 13.
Haud multo post hujus legis publica-
 tionem, Dalmatius, Tribunus, &
 Notarius, Imperatoris jussu ad S. Ambro-
 sium venit, & indicavit, ut Judices eli-
 gat, sicut Auxentius fecisset, & causa eo-
 rum in Imperatoris curia judicaretur,
 subjungens, nisi comparere vellet, quo-
 cunque vellet discederet! id est, Sedem
 Ecclesiæ Mediolanensis Auxentio relin-
 queret. S. Ambrosius Episcoporum, qui
 Mediolani agebant, consilium exquisivit;
 hi suaserunt, ne ad Palatium iret, aut in
 hoc judicio sui copiam faceret, timen-
 dum esse, ne inter judices, ab Auxentio
 selectos,

selectos, pagani vel Judæi larvati late-
rent. Ergo istorum consilio admonitio-
nes scripsit, quas ad Imperatorem misit,
excusans, quod huic mandato obtempe-
rare non posset, præcipue ob exemplum
Valentiniani Patris, qui sæpe in collo-
quiis, & editis legibus declarasset, in cau-
sis fidei, aut Personarum Ecclesiasticarum
judicem non debere esse statu inferiorem,
quam partes; id est, Episcopos non nisi
ab Episcopis judicari oportere. Et sub-
jungit: *quis negare ausit, in causis fidei*
Imperatores Christianos ab Episcopis judi-
cari, nullatenus vero ab Imperatoribus
Episcopos. Deinde dum de iudicibus, ab
Auxentio electis, loquitur, ait: *veniant*
ad Ecclesiam, non ut inter iudices sedeant,
sed ut mixti populo auscultent, & quisque
illum eligat, quem sibi sequendum existimat.
Quæritur, quis hujus Ecclesiæ Episcopus
sit? si populus Auxentium audierit, eum-
que credat solum veritatem docere, sequa-
tur fidem ejus! non invideo. S. Ambro-
sius ita loquitur, quod de populi sui con-
stantia in fide Catholica esset certissi-
mus.

De Lege, modo promulgata, conque-
ritur, quod per eam liberum amplius non
sit, nisi pro Arianis judicare, cum contra
eam ne quidem libellum supplicem trade-
re liceret. *Idem quod aliis, inquit: utique*
tibi ipsi præscripsisti; nam Imperator Le-
ges,

Sæculum IV.
A. C. 386.

n. 2.

n. 4.

n. 6.

n. 9.

Sæculum IV. *ges condit, ut eas primus observet. Vis,*
 A. C. 386. *ut Judices Laicos eligam, qui, si pro vera*

n. 12.

fide steterint, proscribentur, vel capite luent? vis, ut eos exponam periculo, ne sint in Deum perfidi, aut morte afficiantur?

n. 13.

non est tanti Ambrosius, ut propter ipsum lædatur Sacerdotii honor! vilis est unius hominis vita cum Dignitate omnium Episcoporum comparata.

n. 14.

Tum, quantum Concilium Ariminense abominetur, & firmissime Concilio Nicæno adhæreat declarat. Hæc est illa fides, inquit: quam Theodosius Pater tuus tenet, hanc tenent Gallia, & Hispania. Si Verbum Dei prædicandum est, id didici in Ecclesia facere, Prædecessorum meorum more. Si de rebus fidei colloquium instituendum, id solum Episcopis competit, quod observatum sub Constantino Augustæ memoriæ, qui iisdem liberam iudicandi facultatem reliquit. Id etiam ab initio sub Constantio factum; sed quod bene captum, in fine corruptum est. Hic loquitur de Concilio Ariminensi, & subdit: ivissem, Auguste! ad tuum Consistorium, & quod hic scribo, coram te fuisset elocutus, nisi me Episcopi, populusque retinuissent. Atque utinam mandatum commigrandi, quo vellem, non denuntiassem! singulis diebus domo egrediebar, nemo me custodiebat, tunc sane, quocunque tibi placuisset, mittendus eram, modo mihi dicunt

n. 15.

Si de rebus fidei colloquium instituendum, id solum Episcopis competit, quod observatum sub Constantino Augustæ memoriæ, qui iisdem liberam iudicandi facultatem reliquit. Id etiam ab initio sub Constantio factum; sed quod bene captum, in fine corruptum est. Hic loquitur de Concilio Ariminensi, & subdit: ivissem, Auguste! ad tuum Consistorium, & quod hic scribo, coram te fuisset elocutus, nisi me Episcopi, populusque retinuissent. Atque utinam mandatum commigrandi, quo vellem, non denuntiassem! singulis diebus domo egrediebar, nemo me custodiebat, tunc sane, quocunque tibi placuisset, mittendus eram, modo mihi dicunt

n. 17.

n. 18.

Atque utinam mandatum commigrandi, quo vellem, non denuntiassem! singulis diebus domo egrediebar, nemo me custodiebat, tunc sane, quocunque tibi placuisset, mittendus eram, modo mihi dicunt

cunt Episcopi; parum referre, num quis ^{Sæculum IV.}
 Jesu Christi Altare vecorditer deserat, A. C. 386.
 vel prodat. Faxit Deus! ut sciam, Ec- n. 19.
 clesiam Arianis non fore tradendam, quam
 lubens me ipsum offerrem, ut, quodcunque
 tibi videretur, de me statuas!

Scripta hac exhortatione, S. Ambro- ^{Paulin.}
 sius in Ecclesiam secessit, ubi aliquamdiu n. 13.
 populus S. Episcopum diu, noctuque cu-
 stodiebat, ne sibi vi eriperetur; nec er-
 rabat ipsorum conjectura, quippe Impe-
 rator militum cohortes misit, qui extra
 Ecclesiam omnes aditus occuparunt, si-
 nebantque, quotquot vellent, intrare, ne-
 minem vero egredi. Itaque S. Ambro-
 sius inclusum secum populum solabatur
 suis sermonibus, quorum unus nobis su-
 perest eximius, quem Dominica Palma-
 rum pronuntiatum fuisse, prælectum
 Evangelium indicare videtur. Nam se-
 cunda ista persecutio eodem tempore,
 quo anno superiore, id est, quadragesima
 ad finem vergente, excitata est. Sermo-
 nis vero hoc est exordium.

§. XLV.

Sermo contra Auxentium.

Solito tristiores vos video, & majori, ^{Sermo de}
 quam unquam sollicitudine meæ securi- ^{Basil. post}
 tati invigilare; miror! nisi ideo facitis, ^{ep. 21. n. 8.}
 quia vidistis, quod a Tribunis, Imperato- ^{n. 19.}
 ris nomine, jussus sim abire, quo vellem,
 licentia